



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

XX. De flectendo genu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

hanc definitionem, cesset a diaconio.

## XIX.

1. quest. 1.  
Si quis con-  
fugerit.

De Paulianistis refugientibus ad ecclesiam catholicam, definitio prolata est, rebaptizari eos omnino. Si qui vero ex eis præterito tempore fuerint in clero, si quidem sine querela & reprehensione fuerint post baptismum, ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Si vero discussio eos minus idoneos inuenerit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus, & omnino de his qui sub Canone conuersantur, eadem forma seruabitur. Meminimus autem de diaconissis, quæ in eadem specie sunt, quia manus impositionem aliquam non habent, ut omnino inter laicas computentur.

## XX.

De consec.  
distinct. 3.  
Quoniam  
sunt in die.

Quoniam sunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctæ & magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis consonanter & consentienter, stantes Deum orare debere.

*Capitulorum Nicæni Concilii, in sexto apud Carthaginem  
Concilio relictorum, finis.*

## XXI.

Sanctum Conciliū: Traditis omnibus, & rite dispositis, ut ecclesiarum pax & fides in orientis atque in occidentis partibus vna eademque seruetur, hæc ecclesiastica statuta necessario credimus inferenda.

Epistolam Africani Concilii ad Cælestinum papam ac vrbis Romæ episcopum, quæ incipit: *Domino dilectissimo, & honorabili patri Cælestino, Aurelius, Palatinus, &c.* quæ in fine Concilii Africani haud longe post septimum Carthaginensē integre ponitur, si quis huc pertinere velit, per nos quidem huc inferre potest.